sed non lumine; Nam in his duabus senten
tiis· una quae dictum est· Pater autem in me
manens ipse facit opera· singulas tenentes·
diuersi nobis aduersantur heretici· qui non
ex una parte· sed in contraria conuentes a ui
a ueritatis exorbitant; Arriani quippe
dicunt· ecce inaequalis est patri filius· non
a semet ipso loquitur; Dicunt Sabelliani
contra· id est patripassiani; Ecce qui pater
est ipse est et filius; Quid est enim pater in me
manens ipse facit opera· nisi in me maneo
ego qui facio; Contraria dicitis sed non eo mo
do sicut est falsum contrarium uero· sed sicut
sunt inter se duo falsa contraria errando
in diuersa; In medio est uia quam reliquis
tis· inter uos ipsos longiore interuallo sepa
rati estis quam ab ipsa uia cuius desertores
estis; Vos hinc· uos autem illinc; huc uenite·
alteri ad alteros transire nolite; Sed
hinc atque illinc ad nos ueniendo· uos in
uicem inuenite; Sabelliani agnoscite
quem praetermittitis; Arriani aequate quem
subditis· et in uia uera nobiscum ambulabi
tis; Est enim quod inuicem ex uobis alteri ex
altero ammoneri utrique debeatis; Audi
sabelliane; Usque adeo non ipse pater sed
alter est filius; Ut eum arrianus inaequa
lem adserat patri; Audi arriane; usque
adeo filius aequalis patri; Ut sabellianus
eundem esse dicat et patrem· tu adde
quem tollis· tu ad imple quod minus· et no
biscum ambo consistitis· quia nec tu tollis
nec tu minuis eum qui et alter est a patre

ut conuincat sabellianum
est patri ut conuincat ar
Utrisque enim clamat; Ego et
Quod ait unum audiant arria
sumus audiant sabellian
aequalem nec illi alterum n
uani; Si ergo quoniam dixit· uerb
quor uobis a me ipso a me ip
Propterea putatur usque ad
potestatis· ut quod ipse non
atur quod dixit; Sicut pat
mortuos et uiuificat· sic et
uult uiuificat; Item si quoniam d
in me manens facit opera
terea putatur non alius pa
Audiant quid dixit; Quae
facit· haec et filius similiter
tellegatur non bis unus· se
Uerum quia sic aequalis alter a
tamen alter ex altero· Ideo non
a semet ipso· quia non est a
ideo pater in illo manens· fac
quia per quem et cum quo facit
ipso; denique adiungit et dic
creditis quia ego in patre
est· Alioquin propter oper
te; Ante tu solus philippu
nunc autem non ibi eum solum fu
arguendus ostenditur; Pro
..sa inquit credite· quia
et pater in me est; Neque enim
essemus· inseparabiliter oper
ratione possemus; Sed qu

aus. Inc II 7.
Cod 756 61c

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 756.61, 8r – Collection of homilies
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-mhig/5104/48721)